



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

XIV. De alienatione fundi dotalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

præsumatur, si forte hoc periculum esset nouis diuitiis obtentis, nouique moribus mariti teneatur vxor illi dotem redere? Affirmant grauissimi Doctores quorum meminit Tiraquel. tractar. cessante causa limit. 14. numero 4. quibus subscribit Molin. disputat. 429. ad finem. Ducuntur, quia ex natura rei administratio dotis marito debetur, à quo auferri non poterit, nisi quia in eius potestate periclitabatur. Ergo cessante hoc periculo res in pristinum statum restituenda sunt, sicuti si à marito ob eius insaniam, & demetiam dos sequestraretur, vel vxori administranda traderetur, cessante demetia dos restituenda marito esset. leg. si cum dotem. §. Sin autem. ff. soluto matrim. Sic sublato periculo ex paupertate mariti proueniente dos debet marito restitui. Non est autem censendum hoc periculum cessare ex eo tantum quod diuitiæ superueniant, sed debet constare, quod prudenter illas administraturus sit.

33. Cæterum contraria sententia negans communis est, quam relato Bartholom. Alexand. & aliis defendit Tiraquel. supra. Anton. Gomez. leg. 50. Tauri. num. 35. Petr. Barbof. dict. l. si constante ad viri. numero 32. Rebell. 2. p. lib. 5. quæst. 12. n. 8. Fundamentum est, quia actus perfectus, & consummatus non reuocatur ex eo quod cesset causa ob quam inductus est. cap. factum legitimum de Regul. iuris in 6. quia esto in sui creatione ab ea causa pendiderit, non tamen in sui conseruatione. Quod probari potest argum. leg. sciendum. §. fin. ff. qui satisfacere cogantur: ubi cautio interposita à paupere, vel ab illo qui non habet immobilia non reuocatur cessante paupertate, vel possessione immobilium. Sic in præfenti videtur dicendum dotis administrationem concessam vxori, eo quod maritus ad paupertatem uergeret reuocanda non videtur, tamen si mariti inopia cesset, cum iam sitius vxori quæsitum ex causa, à qua in conseruari non pendet.

Sed huic argumento respondere potes negando ab ea causa, & illius perseverantia administrationem non pendere. Nam cum iure naturali marito debita sit bonorum dotalium administratio, censenda est ab illo auferri non absolute, sed pro tempore quo fuerit impeditus, & consequenter pro tempore quo præsumptio adest pendendi dotem indebita illius administratione. Secus de cautione à paupere exhibita, vel immobilibus carente, quia hæc inspecto iure naturali exhiberi potest à diuite, & immobilium possessore.

#### PUNCTUM XIV.

##### De alienatione fundi dotalis.

Reuocanda est in memoriam distinctio fundi dotalis æstimati æstimatione faciente emptionem, & inæstimati vel æstimati ea æstimatione quæ emptione non facit.

#### §. I.

##### Quibus in euentibus bona dotalia quasi necessario alienentur?

- 1 Bona dotalia siue æstimata siue inæstimata alienationi subiecta sunt occasione debiti realis ante matrimonium contracti.
- 2 Hinc fit dotem filia à fisco vendicari ob crimen hæresis ante constitutionem dotis à patre commissum.
- 3 Bona in dotem data alienari possunt causa debiti personalis ante matrimonium contracti consentiente marito.
- 4 Dissentiente vero aliqui affirmant.
- 5 Est hæc sententia probabilis sit, probabilior est negatiua.
- 6 Fundamenta contraria dissoluntur.
- 7 Fundus dotalis à pluribus dominis pro indiuiso possessus alienari potest ad consocij prouocationem.
- 8 Si maritus & vxor filie communi simul dotem promittant, nec sint alia bona ex quibus dos pro parte vxoris soluitur præter bona dotalia hæc alienari possunt.
- 9 Similiter ex consensu viri, aut ipso postmodum ratum habente dotem propria, seu aliena filia promiserit, neque habeat alia bona præter dotalia ex quibus soluere possit hæc alienari debent.
- 10 Si mulier ex consensu viri aliqua debita contrahat quibus soluendis non supersunt alia bona præter dotalia hæc alienari possunt, & debent.

Certum est bona dotalia siue æstimata, siue inæstimata alienationi subiecta esse occasione debiti realis ante matrimonium contracti. Si enim vxor ante contractum matrimonium bona solutioni alicuius debiti hypothecasset, neque haberet alia bona unde soluere, optime ab ea possent bona dotalia extrahi, vt æt alieno fiat satisfactio. Non enim constitutio dotis obligationem naturalem, & realem bonorum elidit. Sicuti omnes gradus.

Hinc fit sæpe dotem filia à fisco vendicari ob crimen hæresis ante constitutionem dotis à patre commissum. leg. cum pater Cod. de priuileg. fisci, quia ea dos fisco obligata est, & confiscationi subiecta. Quod constitutio debiti impedit non potuit.

Dixi debiti realis occasione. Nam causa debiti personalis ante matrimonium contracti grauis controuersia est inter Doctores, an bona in dotem data alienari possunt? Et quidem consentiente marito indubitarum est. argum. leg. in iure. §. 1. & leg. fin. ff. de iure dot. Sola enim voluntas maritis illiusque præiudicium exculare potest vxorem à soluendis debitis contractis. Ergo sublato hoc præiudicio ex mariti consensu vxor obliganda est.

Dissentiente vero marito Doctores diuisi sunt. Nam gloss. fin. in leg. l. i. ff. de iure dot. & Senatus Neapolitanus, teste Anton. Capicio de iur. 128. num. 4. affirmant obligatam esse vxorem non habentem alia bona præter fundum dotalium illum alienare, vt suis creditoribus satisfacionem præstet. Tum quia illa non poterunt in dotem offerri cum creditoribus deberentur. argum. leg. mulier bona ff. de iure dot. ubi dicitur mulierem non posse plus dotis promittere quam sit quod superesset deducto ære alieno. Tum quia dissoluitur contractus rationi debita vxoris ante matrimonium contracta occasione matrimonij sepeleui. Tum quia nemo ex proprio delicto commodum reportare debet. Ac si mulier matrimonium constanter deobligaretur à bonis dotalibus distrahendis commodum ex delicto reportaret, siquidem reportaret alimenta ex debitis non soluitis. Quod effectus viget, cum mulier mala fide processit, scilicet se ære alieno teneri, neque posse ipsi satisfacere bonis in dotem datis.

Nihilominus etsi hæc sententia probabilis sit probabiliorum, & omnino sequendam existimo, quæ alicui ob debita personalia vxoris ante matrimonium contracta non esse fundum dotalium à viro fide illum recipiente extrahendum, tradit Glassa leg. qui cumque legibus, ff. de bonis damnatis, & pluribus relatis resoluti Petr. Barbola 2. p. leg. 1. ff. soluto matrim. num. 0. Ratio est, quia alienata in fraudem creditorum ex contractu oneroso non rescinduntur emptore dissentiente, quia ius quæsitum est, & dominium ab emptore comparatum. At maritus bona dotalia ex contractu oneroso accepit, siquidem illa accipit ob obligationem alendi familiam, oneraque matrimonij sustinenda.

Fundamenta contraria leuia sunt. Ad primum admitto non posse licite ea bona in dotem offerri, bene tamen valide. Ad secundum nego esse dissoluitur rationi constanter matrimonio debitorum solutionem suspendi, cum occasio huius suspensionis sit, ne marito præiudicetur, neque ius quæsitum diminuat. Ad tertium nullum est inconueniens quod ex proprio delicto commodum quis reportet, non quidem per se, sed per accidens.

Secundo receptum est fundum dotalium à pluribus dominis pro indiuiso possessum alienari posse non quidem ad instantiam mariti, sed ad consocij prouocationem. Si enim mulieri pars molendini, arcis, villæ, ciuitatis, aliorumque fundi commodam diuisionem non patientis in dotem data sit, tamen neque ipsa, nec maritus prouocare ad diuisionem possunt; at si prouocati fuerint à socio interueniu iudicium auertere tenerent. Vt deciditur leg. viri. Cod. de fundis dotali. & aduertit Molin. disp. 428. post. med. Rebell. 2. p. de obligat. iust. lib. 5. q. 7. n. 9.

Tertio si maritus, & vxor filie communi simul dotem promittant, nec sint alia bona, ex quibus dos pro parte vxoris soluatur præter bona dotalia hæc alienari possunt. Vt ex communi probat Pinel. 3. p. leg. 1. Cod. de bonis matrem. 14. Petr. Barbola 4. p. l. 1. num. 94. & leg. ff. soluto matrim. Rebell. 2. part. de obligat. iust. lib. 5. quæst. 7. num. 1. Hæc enim alienatio non est voluntaria, sed necessaria, cum sit ex causa dotis quam uterque coniux filie communi præstare tenebatur promissione facta.

Quarto si mulier ex consensu viri, aut ipso postmodum ratum habente dotem propriam, seu alienam filie promiserit, neque habeat alia bona præter dotalia ex quibus soluere possit hæc alienari permittuntur, quia alienantur ex causa necessaria absque mariti præiudicio. Neque obest quod tempore promissionis consensus mariti non interuenit: satis enim est quod postmodum subsequatur. argum. leg. fin. Cod. Ad Macedonian. quia ille consensus non ob solemnitatem actus, sed ob mariti præiudicium vitandum requiritur. Sicuti cum Anton. Gomez ad leg. Tauri 54. num. 6. aduertit Rebell. lib. 5. quæst. 6. num. 4.

Quinto ex eadem ratione colligitur posse & debere fundum dotalium alienari, si mulier ex consensu viri aliqua debita contrahat, quibus soluendis non supersunt alia bona præter dotalia, quia obligationi naturali satisfacere mulier teneatur, dum à marito non impeditur. At marito consentiente debitorum obligationi solutionem illius negare impeditur. Hæc tamen obligatio non impeditur, si mulier impediens dicit, fauet leg. rmi. §. 1. & lex finalis ff. de iure dot. & notant Rebell.

Rebell. 2. p. lib. 5. q. 7. m. 9. Hæc de alienatione fundi dotalis ex causa necessaria.

§. II.

Quibus in euentibus bona dotalia alienari possint à marito, vel vxore?

- 1 Si bona mobilia tradantur, que seruando seruari non possunt, optime potest maritus ea vendere, & alienare.
- 2 Bona mobilia, siue immobilia æstimata a sua æstimacione qua venditione constituta: potest maritus pro libito alienare.
- 3 Bona dotalia inestimata æstimacione qua facit emptorem, etiam si immobilia sint alienari permittuntur à viro de consensu vxoris iurato, & ab vxore iurante ex consensu viri alienare.
- 4 Item permittuntur alienari à viro in manifestam vxoris voluntatem, & ex illius consensu, & e contra ab vxore ex consensu viri.
- 5 Regula generalis est nullatenus licere marito ex consensu vxoris, neque vxori ex consensu mariti fundum dotalem alienare.
- 6 Efto nulla sit horum bonorum alienatio valet tamen in præiudicium alienantis, qui ex ea alienatione de cuctione tenetur emptori.
- 7 Maritus non obligatur emptori tradere fundum dotalem ab eo alienatum.

IN dotem conferri marito possunt bona mobilia, & immobilia, & hæc æstimata, vel inæstimata.

Si bona mobilia tradantur, que seruando seruari non possunt optime potest maritus ea vendere, & alienare. argum. leg. lex qua tuores. Cod. de admistrar. tutor. hæc enim potestas necessaria erat marito ad redam illorum bonorum administrationem. Et idem est si bona que traduntur in dotem consistant in pondere, numero, & mensura, vendi inquam & alienari pro libito à marito poterunt, sub obligatione tamen reddendi alia eiusdem generis, quantitatatis, & bonitatis. Vt habetur expressè in res in dotem daz. ff. de iure dot. & leg. regia. 21. ad finem tit. 1. par. 4.

Deinde bona mobilia, siue immobilia æstimata ea æstimacione qua vendicionem constituat potest maritus pro libito alienare. Nam cum sit plenè eorum dominus, solumque tenetur vxori, eiusve hæredibus æstimacionem reddere, nihil huic alienationi obstat poterit. Vt colligitur ex leg. quous. Cod. de iure dot. leg. plerumque ff. eodem leg. æstim. atus. leg. æstimat. ff. soluto matrim. & leg. regia 7. 18. & sequit. 1. p. 4. & tradit in præsent Paul. de Castro in d. leg. æstimatis num. 4. Campeius de dote, 1. p. 40. m. 2. Gutier. de iuram. 1. p. cap. 1. num. 8.

Neque obstat Textus in leg. in rebus Cod. de iure dot. vbi permittitur mulieri dissoluto matrimonio dotales siue æstimatas, siue inæstimatas alienatas à viro vendere. Ergo signum est non potuisse alienare. Non inquam obstat, quia res dotales æstimatas solum potest repetere in euentu quo maritus eiusve hæredes non sint solando iuxta l. vxor mariti in fine, ff. de donat. inter vir. & vxor. idque concessum est favore dotis, ne mulieres permaneant indotatae. Neque ea vilis rei venditio impeditur, tamen vxor alienationi consentit. Sicut pluribus comprobatur Gomez leg. 50. Tauri num. 44. Gregor. Lopez leg. 7. verbo apreciada tit. 11. par. 4. Couarruu. pract. cap. 28. num. 9. Gutier. dict. cap. 1. num. 9. Satis faciet tamen ille tertius possessor, si æstimacionem quam habuerunt illa bona tempore quo marito fuerunt tradita reddat. Non enim tenetur bona dotalia reddere. Nam cum loco mariti fuerit subrogatus, & in eius defectum contentus, æquum non est ampliori obligatione obstringi. Sicut alios referens dixit Gutier. num. 10. Et quamuis cum Rolando à Valle conf. 9. m. 18. & 19. lib. 1. id intelligat dissoluto matrimonio, secus eo constante, nullum tamen firmum fundamentum huius restrictionis video, cum ratio supradicta æquitatis, ne tertius possessor strictius obligetur quam maritus tam dissoluto matrimonio, quam eo constante locum habeat.

Quod si de bonis in dotem datis inæstimatis æstimacione qua facit emptorem loquamur, & hæc sint immobilia, que que proprie fundus dotalis appellatur leg. vnt. ca. §. cum lex vers. in fundo Cod. de rei vxor. act. leg. 1. Cod. de fundo dotali leg. fundus. Digest. de fundo dotali alienari permittuntur à viro de consensu vxoris iurato, vel ab vxore iurante ex consensu viri iuxta cap. Cum coningat. de iureiurando. & e. licet mulieres de iureiurando in 6. De quo casu late diximus tract. de iuramento disp. 2. p. 9. §. 5. ibi enim probauimus hæc alienationem iure canonico firmatam esse, ne via perniciis aperatur.

Secundo permittuntur alienari à viro in manifestam vxoris voluntatem, & ex illius consensu, vel e contra à muliere ex consensu viri. Vt colligitur manifestè ex leg. in. Digest. de Re. de Castro. lib. 1. iure. Pars II.

iure dot. vbi fundus dotalis alienari permittitur ad retinendum, conseruandum, seu emendum alium vtiliorem. Si enim bona Ecclesie seruata solemnitate ex hac causa alienantur, cur non fundus dotalis? Prohibitio enim alienationis que in fauorem mulieris inducta est, non debet in eius dispendium verti. Acque ita tradit Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 5. q. 7. num. 5. & leg. vbi duo notanda aduertit. Primum, hæc alienationem non esse faciendam cum detrimento rei familiaris viro pertinetis; ne conceatur vir tacite mulieri donare, quod est inter coniuges prohibitum. Secundum: non esse reputandam alienationem cedere in vxoris vtilitatem ex eo tantum quod pretium venditi fundi apud mercatorem deponatur in honestam negotiationem, ibique abundantiores redditus reddat, quam ex fundo colligebatur, quia inde non est censenda conditio mulieris abolitæ meliorata, cum hæc negotiatio & pecuniæ depositio firma non sit, facile enim societas dissoluitur, & pluribus periculis fortis amittenda exponitur.

Præter supradictos casus regula seruanda est nullatenus licere marito ex consensu vxoris, neque vxori ex consensu mariti fundum dotalem alienare. Sicuti deciditur leg. 1. & per totum tit. ff. de fundo dotali leg. 1. & per totum. Cod. de rei vxoria act. §. 1. & per totum in fine de rei vxor. act. Si vero bona mobilia sunt, que seruando seruari possunt eodem modo ab alienatione eximuntur, vt colligitur ex Authem. su. à me Cod. Ad Vellianum. & ex leg. regia. 7. tit. 11. par. 4. quia leges alienationem rerum dotalium prohibentes generaliter loquuntur. Ergo debent intelligi tam de mobilibus, quam immobilibus. Vt probat Ioanna. Gutier. de iuram. 1. par. cap. 5. m. 5.

Verum esto nulla sit horum bonorum alienatio, nullumque dominium ex illa in tertium possessorem transferatur, valet tamen in præiudicium alienantis, qui ex ea alienatione de cuctione tenetur emptori, itaque si emptor fuerit ignarus bona illa esse dotalia obligatur maritus, cui ab emptore euincuntur restitueri illi pretium, & interesse, sicuti in qualibet alia re vendita, & euicta, vt affirmat ex communi sententia Anton. Gomez leg. 50. Tauri. num. 94. Molin. disput. 42. post. in. Si vero emptor conscius fuit res sibi venditas dotales esse, licet non tenetur ad interesse, videtur tamen tenei ad restitutionem pretij accepti secundum probabiliorum sententiam quæ optime probat respondens contrariis Anton. Gomez d. leg. 50. Tauri num. 61. Gutier. dict. cap. 1. numero 103. Molina disputat. 42. post. in. probatque Gutier. d. mens ab hærede, vel legatario grauato rem restitutioni committam, potest à venditore consequi pretium, tamen ad interesse agere non possit. Secundo probat ex Authent. qui res tam diu. Cod. de sacrosancti. Ecclesie. vbi habetur. Quod si æconomus vendat res Ecclesie, eas debet restituere emptor, pretium tamen à venditore consequitur. Ergo à fortiori idem dicendum est in emptore rerum dotalium à marito, quia ibi minor est culpa. Neque obest lex si fundum. Cod. de euictionib. vbi ementi scienter rem alienam nulla est obligatio pretium reddendi, quia intelligitur de emente rem dotalem quæ venditoris est. Neque item obstat lex quemadmodum. Cod. de agricolis & censibus lib. 11. vbi emptori rei alienari prohibita pretium datum non restituitur, quia intelligitur quod est de re prohibita alienari iure communi. Sicuti protestantur Anton. Gom. d. num. 61.

Dubium tamen est, An fundum dotalem sic à marito alienatum obligetur maritus emptori tradere? Affirmat Paul. Castrenf. in leg. cum vir. m. 4. ff. de rescapionib. eo quod comparatione mariti valida sit hæc alienatio, ac proinde obseruanda. Sed rectius docuit oppositum Gutier. de iuram. 1. p. c. 1. m. 104. quia ea traditio cedit in vxoris præiudicium. Ergo ad eam præstandam nequit maritus obligari, cum ex ea alienatione solum obligetur maritus ad soluendum emptori ignaro interesse in calu euictionis. Præterea fundum sic alienatum potest maritus repetere saltem nomine vxoris, vt statim dicemus. Ergo à fortiori poterit ab illius traditione abstinere, quia frustra conceditur quod statim repetendum est. leg. qui soluit. ff. de solutionib. Neque obstat fundamentum Pauli Castrenf. nam illa alienatio valida non est, nisi quatenus obligatur alienans de cuctione.

§. III.

An fundum inualidè alienatum repetere maritus, vel vxor possint matrimonio constante?

- 1 Quæ ad maritum attinet ratio dubitandi proponitur.
- 2 Dicendum est posse maritum nomine vxoris, & in eius fauorem bona se alienata repetere.
- 3 Ratio dubitandi dissoluitur.

kk Quod

- 4. Quod uxori non attinet dissolvere matrimonium vindicari sic alio. *res. At eo constante etiam ex licentia mariti negari liqui.*
- 5. Contrarium tenendum est.
- 6. Fundamenti opposita respondeo.

1. Quod maritum attinet obstat commune illud axioma, quod nemo condatur aduersus proprium factum venire, & tamen abique iuris solemnitate, atque adeo nulliter factum sit leg. cum profitearis. Cod. de reuocand. donat. leg. per fundum. Digest. de iur. iur. ruff. lior. Deinde obstat aliud axioma scilicet quem de emptione tenet actio eundem agentem repellit exceptio leg. vindicantem. ff. de emptionib. leg. exceptio. ff. de ob. causam. leg. in possessio. Cod. eodem. At maritus alienans tenetur de vindicatione. Ergo repelli exceptione potest.

2. Nihilominus omnino dicendum est posse maritum nomine vxoris, & in eius fauorem hac bona alienata repetere. Vt pluribus comprobatur Anton. Gomez leg. 50. Tauri. numero 63. Baza de non meliorand. dor. s. l. b. cap. 3. num. 4. Gutierrez de iuram. 1. p. cap. 1. num. 95. Molina. disp. 228. post in. Nam cum illa alienatio ob praedictum vxoris nulla sit, nullumque ex ea dominium phislori queratur, optime potest maritus vxoris partes agere sic alienata vindicare. Quod verum est, tamen eam alienationem iuramento firmauerit, quia iuramentum in praedictum tertij obligare non potest. Vt aduertit Bald. Nonell. do. de re. p. r. i. l. g. Gutierrez. d. cap. 1. n. 96. Qui existimant maritum non solum nomine vxoris, sed etiam nomine proprio repetere bona dotalia inualide alienata posse, cum obligationem habeat vxoris interesse, & commodo consulendi.

3. Neque vrgent rationes oppositae. Ad primum axioma respondeo neminem posse aduersus proprium factum venire, cum factum illud in propriam tantum illius vtilitatem cedat, scilicet si in vtilitate publicam, vel tertiae personae. Sicut contingit in praesenti arg. in leg. quem admodum. Cod. de Agric. & censur. lib. 1. & ibi Gloss. & leg. iubemus. In 2. §. i. de i. & §. praedia. Cod. de sacrosanct. Eccles. Et quamuis ea repetitio in commodum mariti cedat, siquidem fructus rei vindicatae ad ipsum pertinent, quia tamen referuntur in sustentationem vxoris, & familiae, idem principaliter vxoris interesse spectatur. Ad secundam respondeo repelli exceptione posse agentem qui de emptione tenetur, si agat ad proprium commodum, non ad bonum commune, vel tertij.

4. Quod opponitur vero non est dubium dissoluto matrimonio veniunt sic alienata posse. At constante matrimonio etiam ex licentia mariti negat Gloss. in leg. v. n. §. Et cum lex. Cod. de rei vxoria act. & in §. 1. in fine quibus alienare licet, vel non, & probari potest ex leg. Doce ancillam. Cod. de rei vindicant. ibi enim habetur rei vindicationem constante matrimonio penes maritum esse, & non penes vxorem. Nam cum rei vindicatio dominium in vindicantem supponat, & hoc non competat vxori constante matrimonio, sed marito, consequens est solum marito, & non vxori competere dotis alienatae vindicationem.

Deinde in leg. quia absente Cod. de procuratorib. in fine. expressè habetur quod aliena negotia agi non possunt per mulieres, nisi in rem suam, & proprium lucrum mandata sint actiones. Excipit nisi maritus negligens foret in re dotali alienata repetenda, quia tunc vxor implorato iudicis officio repetere alienatam posset. arg. in leg. si in qua Stichum §. ubi do. ff. de iure dor.

5. Sed contrarium merito docuit Ioann. Gutierrez. de iuram. 1. p. cap. 1. num. 107. & leg. restituiturque in regia cancellaria iuxta eius opinionem fuisse iudicatum. Dicitur, quia maritus nomine vxoris, & ad illius vtilitatem agere potest ad rei dotalis alienatae vindicationem. Ergo a fortiori poterit ipsa vxor ex vi licentiae, iuxta illud: Propter quod vnumquodque rale, & illud magis. Et Audent, multo magis. Cod. de sacrosanct. Eccles.

6. Ad fundamenta opposita respondeo. Et in primis ad leg. doce ancillam, negari rei vindicationem absque licentia mariti, scilicet illa apposta. Neque obest rei vindicationem esse proprie actionem dominij, quia vxor rei dotalis dominium naturale habet. Adde est non repetat sic alienata actione rei vindicationis, potest tamen ea repetere actione competente ex dote & proprio interesse. Ad leg. quia absente. ex probatione nostra licentiae constat, siquidem vxores proprias, & in proprium lucrum, & ex licentia viri agat. Vt tamen res absque dubio sit, praestat vxori mandata actiones a marito. Vt bene aduertit Gutierrez. d. cap. 1. num. 109.

§. IV.

Quae requirantur, ut alienatio fundi dotalis inualidi facta, nec reuocata tempore matrimonij eo dissoluto conualecat?

- 1. Si vir praestiterit alienationem ex consensu vxoris, vel vxor ex consensu viri, & matrimonium morte viri dissolutum est, debet vxor si superstes est prius bona alienata acquirere, & possidere.
- 2. Proponuntur obiectiones, & dissoluitur.
- 3. Comparata possessione illorum bonorum pro muliere sicuti potest illa alienata, ita etiam potest alienationem constanter matrimonio factam approbare.

UT alienatio fundi dotalis inualida dissoluto matrimonio vires obtineat, haec obseruanda sunt. Si vir praestiterit alienationem ex consensu vxoris, vel vxor ex consensu viri, & matrimonium morte viri dissolutum est, debet vxor si superstes est prius bona dotalia alienata acquirere, & possidere. Nam dum bona dotalia alienata ipsi non restituantur, nequit alienatio subsistere quantumvis ratam illam habeat, quia interrum dum mulieri bona dotalia non restituantur, bona dotalia censentur, & alienari prohibita. Vt manifestè colligitur ex leg. 3. v. n. §. ff. de fundo dotali. ibi. Vires enim non potest alienari fundus, quousque mulieri actio competat, nisi domino competita est. Retinetur enim interim privilegia dotis. Vt constat ex leg. v. n. ff. de fundo dotali. & ex leg. 1. & per totum. Digest. soluto matrim. Atque ita pluribus rebus tradit Anton. Gomez leg. 50. Tauri. num. 59. Molina. disp. 228. ante med.

Neque his obstat quod dissoluto matrimonio per mortem viri bona dotalia ipso iure transferantur in vxoris dominium. Nam esse vxoris sunt, sunt tamen inalienabilia quousque sibi tradantur. Ob quam causam merito dixit Bald. in leg. do. alien. ff. de iur. iur. ff. de iur. iur. Solum matrimonio manere in ipsis rebus ante traditionem reliquias privilegia dotis. Neque item obstat quod doti sine matrimonio esse non possit leg. 3. ff. de iure dor. & leg. fin. §. 1. Cod. de donat. ante nupt. quia id procedit quoad dotis creationem, licet quoad illius consecutionem. Neque obstat quod minor absque decreto iudicis fundum alienans possit maior factus alienationem approbare, tamen possessionem non obtineat. leg. 1. & per totum. Cod. si maior. fact. alienat. sine decreto ratam habuerit. quia ibi solum interuenit impedimentum minoris aetatis, quod tollitur cum maior factus est. At in praesenti est impedimentum fragilitatis sexus, & privilegia dotis, quae dum bona vxori non restituantur sic disponente censentur permanere. Neque item obstat quod filius post mortem patris alienationes ademptionem a patre factas approbare possit, quia solum ob eius iniuriam iure erant, quae non plenè domino facto approbantur.

Verum comparata possessione illorum bonorum per mulierem sicuti potest illa libere alienare, sic etiam alienationem constanter matrimonio factam approbare, quia illa bona defuncti esse dotalia, & privilegia dotis habere. Vt ex omnium sententia notat Gomez d. leg. 50. numero 59. circa finem. Molina. disp. 228. post in. Si autem matrimonium morte vxoris dissolutum est, haeres vxoris optime possunt antequam illorum bonorum possessionem adipsam ratam habere alienationem constanter matrimonio factam, quia ipsae ea alienatio prohibita non est. Vt bene notant Gomez, & Mol. loc. cit. Et idem est maritus si illas haeres, quia maritus non interdicatur haereditatis non possesse alienare. Sicuti interdicitur vxori alienare dotis non possessae: neque comparatione mariti bona dotalia privilegia dotis obtinens vxore mortua, sicuti obtinet comparatione vxoris.

PUNCTUM XV.

De communicatione bonorum inter coniuges.

§. I.

Quae bona, & quo pacto inter coniuges communicentur?

- 1. Iure communi non erat inter coniuges contracta societas quoad bonorum communicationem, neque in ipso iure in lucris communicabantur.
- 2. Iure Castella esto bona quae quis tempore nuptiarum possideat non communicentur, fructus tamen in quibus iure praesentibus